

quia sub decanatu meo ex parte illius statuti fuit exorta differentia inter magistros facultatis arcium — quidam enim dicebant, quod illud tempus sex septimanarum deberet computari baccalaureandis in principio mutacionis, quidam in fine —, ideo anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo in die Gregorii post leccionem statutorum de modo legendi lecciones fuit März 12. decretum et conclusum per omnes magistros de consilio facultatis arcium, nullo contradicente, quod illud tempus sex septimanarum debet computari baccalaureandis in fine mutacionis et non in principio. \*

### 1517 Sommersemester. 216. Decan Henning Pyrgallus von Hildesheim.

Magistri<sup>1)</sup> Henningi Pyrgalli Hyldensemensis Saxonis magistratus. Henningus<sup>2)</sup> Pyrgallius Hyldensemensis, philosophie professor, electus fuit in decanum facultatis artium studii Lipsensis de natione Saxonum inelyta anno post sacrosanctum intemerate virginis Marie partum millesimo quingentesimo septimo Apr. 18. decimo die Saturni ante celebritatem sancti Georgii martyris gloriosissimi necnon equitis armati strennuissimi, que fuit decimo octavo Aprilis, sub cuius magistratu sequentes magistri munera obiere:

N 16 <sup>4</sup> .	Clavigeri mgr.	{	Conradus Curius Loranus Boiorus Arnoldus Woestefeldius Lindavius Saxo.						
	Executores et visitatores	{	Conradus Curius Loranus Petrus Kune Naumburgensis, post cuius fata successit mgr. Sebastianus Sorobus Muchelius <sup>3)</sup> Volfgangus Schindeler Cubitensis Henningus Pyrgallius Hyldesianus decanus et Saxo.	}	electores decani	{	Boiorus Misnensis  Polonus		

Eodem tempore deputati sunt lectores per theologie et philosophye professores subscripti:

magistro	{	Volfango Schindler Cubitensi Arnoldo Woestefelt Lindav[io] Ioanni Nicolao Wyensi Ioanni Reuschio Eschenbachio Iacobo Scevino Glogovio Simoni Eysenman Dillingo Henningo Pyrgallio Hyldesio Laurentio Apel Regiscuriensi Ioanni Tuberino Rotenburg[ensi]	}	decreta est lectio	{	metaphysicorum physicorum priorum Diomedis <sup>4)</sup> Grammatici sphere materialis cum <sup>5)</sup> appendiciis perspective Pysane Porphyrii de anima aethicorum
----------	---	---	---	-----------------------	---	--

<sup>1)</sup> In N einfache Initiale A in blau und roth mit Fällung aus roth gerändertem und schattirtem grünem Blattwerk. Die Ueberschrift roth unterstrichen. C: Decanatus Henningi Pyrgallii Hildesiani artium ac philosophie professoris. <sup>2)</sup> In C: Anno domini millesimo quingentesimo septimo decimo Sabbato ante Georgii, quo erat decima octava dies Aprilis, Henningus Pyrgallius Hyldensemensis, artium doctor, concordium magistrorum assensu in decanum philosophice facultatis electus est, sub cuius magistratu subscripti officiales extitero. <sup>3)</sup> C fügt hinzu: collegii ducalis collega. <sup>4)</sup> grammaticae communis Diomedis. <sup>5)</sup> cum appendiciis fehlt in C.